

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. IIII. De Christo, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

tum ut in Christum crederent, uerū
 etiam ut ipsius causa affligerent. De
 inde locus uterq; euidenter demon-
 strat, Deum uocationis esse authorē,
 simul etiam uocationis species illas
 duas, de quibus diximus, aperte ex
 epistola utraque conficere possumus.
 Nā credentibus permixtos fuisse plu-
 rimos nomine Christianos, re Chri-
 stiani nominis hostes, ibidem ipse nō
 semel conqueritur. Acciri uerò eos in
 filij Dei societatem, disertè significat
 Apostolus: qua de parte ut nunc di-
 camus, ordo ipse flagitat.

De Christo, Dei hominisq; filio.

CAP. IIII.

Apostoli de beneficio nostrę per
 Christum redemptionis dictu- Per Chri-
 stū & crea-
 uit omnia
 Pater, & re-
 dimt.
 ri, nō rarò etiam creationis rerum om-
 nium per eundem mētionem faciunt:
 quod dum faciunt, non obscure innu-
 ere uolunt, eum diuinę prouidentię
 placuisse modum, ut per quem omnia
 b 3 condi-

condiderat, ea labefactata per eundē
reficeret, instauraret collapsa, atq; dis-
iecta colligeret. Istud diuinum consi-
lium intuens Iohannes Euangelicam
historiam descripturus, tam altē pe-
tito exordio est usus. Idē consiliū fuisse
autori Epistolæ ad Hebræos uideri
potest. Et uerò Paulus in Epistola ad
Colossenses dicturus de Christo diui-
nissima, & qualia uix aibi explicatius
exposuit, inseruit etiam de isto mun-
di ipsius opera conditi, mysterio pau-
ca illa quidem, sed lōgē pulcherrima:
quæ non temerè alio loco equè diser-
tè tradita comperientur. Quæ omnia
ut hunc diuinæ natura præditum esse,
luce meridiana clarius demonstrant:
ita nos de isto diuinæ sapientiæ con-
silio euidenter commune faciūt. Atq;
huius in suis scriptis passim meminit
Augustinus, ludens in uocibus facere
& reficere, fingere atque refingere.
Cæterum iste locus complectitur do-
ctrinam totam de duabus in Christo
naturis

naturis
& expia
beratio
nibus, q
hostibus
quæ pass
Apostoli
ij ipsius
inmirū
cliauit, f
pinis eff
creden
reditorio
atos, in
dem por
gens atq
immorta
bus tant
dicebat,
Tantum
ferio leu
ut istud
in diuin
cū inte

naturis quarum alteri satisfactionem
 & expiationem peccatorum, alteri li-
 berationem & uictoriam de his om-
 nibus, qui nos grauissimè præmebāt
 hostibus, debemus. Continet etiam
 quæ passim in scriptis Prophetis atq;
 Apostolicis extant de præcipuis offi-
 cij ipsius partibus duabus, sacerdo-
 ti nimirū & regia. Illa nos Deo recō-
 ciliauit, sui corporis hostia ac sui san-
 guinis effusione delens, & abolens, in
 se credentium peccata. Ista nos ab he-
 reditario generis humani hoste uindī-
 catos, in libertatemq; assertos, ab eo-
 dem porrò tuetur, suoque spiritu re-
 gens atque gubernans, ad beatam &
 immortalem uitam perducit. Dere-
 bus tantis in præsentia tacere, ut ille
 dicebat, quàm recitare pauca malo.
 Tantum de carnis ipsius uiuifice my-
 sterio leuiter quædam attingam. Nam
 ut istud nō postremas partes obtinet
 in diuinæ ista *καινογία*, ita à paucis re-
 ctè intelligitur, à plerisq; non minus

b 4 hodie

Omnes hu-
mane salu-
tis partes in
Christo re-
sident.

hodie quàm olim parum piè tractat,
imò discinditur, laceratur, discerpi-
tur. Prius uerò quàm de eo dicamus
quicquam, admonendus est lector,
ut cogitet, imò attentè obseruet, om-
nes illos quos antè enumerauimus no-
stræ salutis gradus, Christo uelut fun-
damento niti. ea de re cogitemus nos
etiam admoneri nominatim, ut per-
suasum habeamus omnē nostram ius-
ticiam, uitam atq; salutem in ipso re-
sistere, ideoq; inde uelut ex unico fon-
te petendam atque hauriendam esse.
De primo illo gradu, hoc est electio-
ne salutis nostræ radice atque origine,
luculenta passim extant apud Paulū
testimonia, uerū uelut ex professo
istud caput explicat Eph. cap. 1. idem
tertio atq; quarto inculcans: adeò sibi
ipsi satisfacere nequit. In ipso, inquit,
uos elegit Deus ante iacta mundi fun-
damēta. sed & qui suprā citatus est lo-
cus ex cap. 8. ad Rom. non solum de
gradu illo, sed etiam de reliquis om-
nibus

nibus
nium
catur, a
deberia
re & ber
in hære
ut princ
duobus
fificatio
habent c
Epistola
uocation
fificatio
ber, isti
ipso uno
& fiduci
cumbere
huc pert
inquit, c
uit uos
Christo
quot om
sa cōtine
tū seque

nibus præclarum continet testimonium. Eodem in capite clarè significatur, adoptionem filiorum Dei, ipsi deberi atq; eo fieri, ut quos tâto honore & beneficio dignatus est Deus, ius in hæreditate habituri sint cum ipso, ut principe omnium, commune. De duobus illis medijs, uocatione & iustificatione, clarissima testimonia habent caput primum & secundum Epistola prioris ad Corinthios. Nam uocationem, iustificationem, sanctificationem, redemptionem huic deberi, istic disertè legitur, adeò ut de ipso uno liceat apud Deum gloriari, & fiducia omnis piorū in eo solo recumbere debeat. Elegans etiam locus huc pertinens extat 1. Pet. 5. Deus, inquit, omnis gratiæ (author) uocauit uos ad æternam suam gloriam in Christo Iesu, &c. Titulis quoque alijs quot ornari solet, qui omnia ista inclusa cōtinent, uelut cū à Tertulliano dicitur sequester, ab Ambrosio arbiter, à Paulo

b s Paulo

ter. *μεσίτης* & *ἰκέτης* nuncupatur, cum
 se etiam uitem, ostium, uiam, uitam
 1. Cor. 3. uocat, Paulus fundamentum unicum
 Act. 3. & nominat & scitè *ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς*, & *σωτὴρ*
 5. Heb. 2. *Ἰσχυρίας* inscribitur. Nec aliud nomen
 datum esse sub cœlo ad salutem paran-
 dam, cui etiam omnes Prophetæ te-
 stimonium perhibeant testatur Petrus
 Act. 4. & atque sexcenta alia eiusdem notæ pas-
 sim extant. Ex quibus clarissimè con-
 stat ut plenam salutem in ipso recon-
 ditam esse, ita eos qui inde non peti-
 uerint aliunde frustra petere aut expe-
 ctare. Reliquum est ut huius per Chri-
 stum partæ salutis rationē paululum
 expēdamus. In eo nobis uelut in spe-
 culo exhiberi spectandā ineffabilem
 patris erga nos dilectionem, & iusti-
 ciæ seueritatem in peccantes & literæ
 sacræ & pñj doctique earum interpre-
 tes grauer monent. Est em̄ cum in-
 dicibili *ὀλιανθρωπία* mirificum pecca-
 ti odium expressum. tanto afficit erga
 humanum genus amore Pater, ut filiū
 unicum

Patris

- amor & iu-
 sticia in fi-
 lio spectan-
 da propo-
 nuntur.

unicum & charissimum donet, carne fragili induat, omni miseriarum & ignominia generi ipsum exponat, quo errantes in uiam reducat, perpetuo miseros seruet, perditosque recipiat: tanto peccati tenet odio, ut quos seruare uehementissime cupit alia lege recipere in gratiam nolit, nisi ipse filius pro peccatoribus prius penas luat ipseque pro captiuis *λύτρον* fiat. Porro ratio ista tota ut est coelestis sapientie plenissima, ita humanae prudentie non tam stulticia est, ut uocat Apostolus, quam insania quaedam. Quare mysterij tanti nemo est capax, nisi qui animi cogitationes istas diuino spiritui submittit, seque ipsi ducendum regendumque tradit. Quanta enim insania est humanae rationi, Dei filium *κοινωνῶν σαρκὸς καὶ αἱματός*, ut qui a Deo erant alienati, *θείας φύσεως κοινωνός* redderet? Praeposita enim cogitatio esse creditur, ut qui beatus est, miser fiat, quo miseros beet. At ea sapientia est summa, tanto ma-

Heb. 2. 2.
Pct. 1.

1. Cor. 2.
Per carnem
Christi coit
nostra cum
Deo noi-
yvia.

Cap. 2.

Ioan. 6.
1. Cor. 15.

eo magis sapiētię nomine digna, quā
to minus carni talis esse uideretur. Scitē
Apostolus mysterium mundi huius
sapiētibz absconditum atque igno-
tum nominat. Istud autem singularis
sapiētię euidētissimū est argumen-
tum, quod quæ diuulserat hominem
ā Deo caro, eadem coniungit: quæ
inimicitias pepererat, eadem eas dis-
soluit: denique quę occiderat, eadem
uiuificat. Non obscure author Episto-
læ ad Hebræos significat nostrā cum
Deo coniunctionis glutinum ac uel-
ut ferrumen esse carnem & sanguinē,
quorum particeps filius Dei fieri uo-
luit, quia his erant p̄diti quos serua-
re decreuerat. Et Christus ipse nomi-
natim significat unam esse rationem
mortis effugiendæ atq; uitę recupera-
dæ, si ipsius edatur caro, atq; sanguis
bibatur: siquidem per huius, carnis
mortem interempta mors fuit, ut ex
Prophetæ uaticinio testatur Aposto-
lus: eūque qui mortis obtinebat im-
perium

perium esse profligatum, disertè si-
gnificat idem author Epistolę ad He-
bræos: Quæ itaque mortem intulerat,
eandem abstulit: quæ uitam ademerat,
eandem restituit. Quid iustius,
quid sapientius cogitari potuit? Qui
igitur citra hoc antidotum & uelut
ἁλεψικαίου mortē propulsari posse as-
firmare audebit, nūquid erit iniquus?

Cap. 9.

An non demens qui sine isto remedio
uitam promittet? Sola enim caro
cōiuncta ei naturæ quę per se uita est,
uiuificam uim habere potest. Paulus
de mysterio isto humani exitij & salutis,
diuinę, ut præ cæteris scriptoribus
solet, differens, quàm pulchrę, quàm
appositę hominī hominem opponit,
& hunc cum illo componit: alterum
peccati & mortis, alterum iusticię atque
uītę fontem authoremq; faciens?

Ro. 5.

1. Cor. 15.

Cum etiam hunc unū esse *μισίτην* Dei
& hominū pronunciat, nunquid præ-
cisē hominis titulo ipsum ornat? Et
uero Christus ipse instituens mysteri-
um,

1. Tim. 2.

Verba Cœ-
næ Domi-
nicæ.

um, quo salutis partē beneficiū istud
perpetuo in Ecclesia representaretur,
commendaretur, exhiberetur, adeo-
que perpetuæ consecraretur memo-
riæ symbola ipsa nempe panem atq;
uinum corporis atque sanguinis sui ti-
tulis ornare uoluit, neque id simplici-
ter, sed corporis sui in mortē pro
credentibus traditi, & sui sanguinis in re-
missionem peccatorum effusi. Quor-
sum hæc tam distinctè dicta notataq;
sunt ab eo qui nihil unquam uel dixit
uel fecit quod mysterij plenissimum
non esset? Quod si unquam nihil te-
mere aut ociose uel instituit uel elo-
quutus est, quomodo id ei accidere
potuisset, tum cum de ipsa iam medi-
taretur morte, cum eius mysteriū apo-
stolis, quos habebat intimos, trade-
ret eo fine ut ipsi ad omnem postera-
tem transmitterent? Quis dicet nisi
aperte impius quicquam ipsi excidisse?
Quis nisi amens iudicabit non om-
nia ab ipso certo consilio dicta atque

instituta

instituta
diligēter
Quorū
geremus
per que
peccati
netionem
Paulus
mini pr
totam e
tem eius
te, quan
minatin
culati;
iblutio
nostram
dimus,
rato ate
per Ch
uitam
clusa e
terit?
quanti
uis, H

Instituta fuisse? Quorsum igitur tam diligēter ista inculcat suis Apostolis? Quorsum nisi ut omnes clare intelligeremus assidue agnosceremus, semper que in memoria haberemus, cui peccati interitum, mortis que interitionem deberemus? Quam scitē Paulus qui haud dubie mentem Do-
 1. Cor. 15, 4
 mini probè norat atque tenebat, rem totam exposuit, cū isto mysterio mortem eius annunciari dixit: Quā aperte, quam crebro spiritus sanctus nominatim sanguini agni huius immaculati, peccatorum abolitionem, & ablutionem adeoq; redemptionem nostram totam ascribere legimus, audimus, uidemus? An nō Paulus peccato atq; legi credentes mortuos esse per Christi corpus pronunciat? Quis uitam & salutē excluso eo in quo inclusa est tota, sperare audebit aut poterit? Isti carni atque sanguini (ut loquuntur literę sacrę) peculiaris est eavis, Hęc sola sunt quę iram patris in
 nos ac-

nos accensam extinguunt, eum nobis conciliant, nos ipsi adiungunt atque agglutinant. Quid enim aliud uoluit uox illa non Caiaphæ, sed spiritus sancti ad nostræ salutis mysterium significandum ore atque lingua impurissimi hominis utentis, & disertè pronunciantis, cōducibilis esse mori hominem unum, quàm gentem perire uniuersam. Actum itaque erat de omnium salute, nisi hominis huius morte fuisset occursum. Ea uerò filios Dei disiectos atque dispersos in unum colligit & cogit. Tanta efficere atque prestare potest ista una caro, quoniã non ut alia quæuis caro se habet, sed filij Dei est caro, Deitatis plenitudinem in se habens inhabitantē. *non uia* inter utraq; naturã inita est mirifica: indissolubili uinculo coniunctæ, & fœdere inuiolabili consociatæ sunt, ut in uno Christo sit & humana diuinitas, & humanitas diuina, ut scitè Augustinus appellat, Mira est societatis istius *efficacitas*

efficacitas quam author Epistolæ ad
 Hebræos argutè quidem, sed appositè
 notauit, sanguinè istū sanguini tauro- Cap. 9.
 rū & hircorū opponens: & illū quidē
 aliquid ad carnis puritatem præstitisse
 agnoscens, hunc uerò (per spiritum
 æternum patri oblatū) ualere ad con-
 scientiæ purgationem & sanctificatio-
 nem magna asseueratione defendēs.
 Quare rectissimè iudicare uideo quos
 dam, qui monent pronomina quibus
 utitur Christus, non esse oscitanter le-
 genda, sed meditāda, ut in quibus res
 maximæ sint inclusæ. Caro, inquit, Ioh. 6.
 M E A, uerè est cibus, & sanguis
 M E V S, uerè est potus. & alibi pas-
 sim. Hæc itaq; *uini uia* & consociatio
 Deitatis atque carnis nostræ, nostræ
 cum Deo coniunctionis est fons, &
 humanæ salutis fundamentum. estq;
 diuina illa caro, quam sibi ex Abraha
 mi semine adiunxit Dei filius uinculū
 nos adunans, & ferruminis instar col-
 ligans, quare sine ea, ut sic dicam, co-
 pulæ

c pulæ

pulæ societas nulla, nullaq; amicitia nobis cum ipso intercedere potest.

*De Christi
carne sen-
tentiam Sa-
tan semper
labefactare
est cona-
tus.*

Hæc qui attentè consideraue-
rint, desinent mirari cur tantope-
re iam inde ab Ecclesiæ incunabilis
humanæ salutis hostis perennis hanc
doctrinæ Christianæ partem longè
pulcherrimam, & omnino, uti uide-
mus, necessariam labefactare omnib.
uiribus & artibus sit conatus. hoc em̄
uniuersæ structuræ uelut fundamen-
tum esse callidè animaduertit. Quare
artem omnem adhibuit, & nervos in-
tendit omnes, ut per uarios cuniculos
illud subrueret: modò alteram naturā
tollēs, modò eas inter sese permiscēs,
modò ex aduerso dissoluēs, modò ne-
scio quid fictitium inducens, & quid
non? Videbat ille ueterator quid la-
befactato tali principio consequere-
tur, nempe ædificij totius ruina, omni-
bus partibus dissolutis & à sese diuul-
sis. Vidit etiam spiritus sanctus, huius
sacri templi custos, gubernator & re-
ctor

Etor quid ille moliretur, & ut consilia
 ipsius frustraretur, prouidit. Excitauit
 ille ingenia leuia, ambitiosa, curiosa,
 fanatica, inconstantia, uana, quibus in-
 stitutum hoc suum aggredere, &
 & quid posset experiretur. hic contra
 opposuit animos ab ambitione alie-
 nos, castos, candidos, ueritatis aman-
 tes: pietate inprimis, ac deinde multa
 literarum sacrarum lectione & medi-
 tatione instructos. Hi armis istis spiri-
 talibus, atque potentia praediti consilia
 illius dissoluerunt, atque conatus om-
 nes fregerunt. Veram de hoc Christia-
 nae pietatis capite sententiam euiden-
 tius exposuerunt: quicquid erat in ea
 inuolutum, explicuerunt: quod obscu-
 rum erat, illustrarunt, Ecclesiae expres-
 sam illustratamque tradiderunt: & ea
 haud dubie eiusdem quo afflatus erat
 spiritu, prouidentia ad posteritatem
 transmissa, ad nos usque conseruata &
 perducta est. Hanc oportet ut omnes
 quibus sua cordi est salus, amplectan-
 tur,

b a tur,

tur, defendant, retineant : neq̄ ē manibus, aut potius pectore eripi uel excuti patiantur, non magis quā an-
coram inter procellas & tempestates uarias atq̄ uehementes.

Inter eos quos mihi in hoc argumento uidere legereq̄ contigit, egregiam in ea re operam nauasse in primis iudico Irenæum, Tertullianum, Augustinū, Cyrillum, Vigilium, & c. quorum uestigijs insistere qui uolent (uelle autem debent omnes) nullo negotio dissoluere poterūt, quicquid hodie commentus molitusq̄ est Satan. Vnicum hic ascribam ex Irenæo locum, qui maximè ad hoc quod paulo fusius persecutus sum negotiū pertinere mihi uidetur. Quantū, inquit, attinet, ad apostasiam (quæ nimirum per Adami lapsum cōtigit) iuste nos suo sanguine redimens ab ea: quantū autē ad nos, qui redempti sumus, benignè. Nihil enim illi antè dedimus, neque desiderat aliquid à nobis, quasi
indi-

indigens. Nos autē indigemus, eius
que ad eum est communionis. Et pro
pterea benignè effudit semetipsum,
ut nos colligeret in sinu patris, &c.

Sapientissimum hoc Dei consilium
atque decretū idem scriptor dispen-
sationē diuinam appellat, quam mul-
ti ut absurdam uel non credunt uel ri-
dent, uel contemnūt, pauci credunt,
et ut par est uenerantur. Quod qui se-
riò faciunt, haud dubiè sentiunt eam
cogitationem mirabilē Dei amorem
in se excitare, peccati uerò odium in-
generare acerrimum. Et uerò ut tales
ad uerā pietatis studium perpetuèq;
gratitudinis desiderium non exusci-
tentur, accendantur, inflammentur ut
credam, induci, nequaquam possum.

De Spiritu sancto.

CAP. V.

EAm esse amplectendam atq; reti-
nendam de Deo cognitionē seu
sententiam quam ipse exposuerit, in-
ter pios credo conuenit: sicut eū ipsi

c ; deferen-